



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

Aduersus Apollonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Sopor ob excellentiam admirationis. Dicitur & Ecclatis insania, eo quod à mente amoveat. Verum illa somni Ecclatis, hoc est sopor, iuxta alium modum dicitur est, iuxta naturalem actionem; maxime, eo quod profundissime sancto Adamo inductus est. Quem amplius Ecclatis appellavit, eo quod fecerit ipsam ad tempus non sentire dolorem, propterea quod accepturus erat coitum ab ipso, & ipsam formaturus in mulierem. At non erat mentis Ecclatis, ac intelligentie emotio. Statim enim ut surrexit, agnouit & dixit: Hoc nunc os ex oīibus meis. Et. Novit enim, velut vides, præterita quando erat in somno, dicens: Hoc nunc os ex oīibus meis. Agnouit præsencia; postquam facta esset mulier, agnoscens eam de corpore suo sublatam. Vaticinatus est futura, nimiriū: Ea gratia relinquet homo patrem suum & matrem, &c. Haec autem non sunt viri mente moti, neque intelligentia prouisi, sed sanam mentem habentia. Eodem pertinet videtur quod B. Hieron. Quæst. Hebr. in Genesim adnotauit: Pro Ecclasi, id est mentis excessu, in Hebreo haberi Tardem, quod Aquila & tractat, Symmachus & Iov, id est grauem & profundum soporem interpretariunt. Denique sequitur: Ex dormiuit. Idipsum verbum & in lone sterenti somno possumus est. At qui nihil pro Montani insana propheta facere illud de Petro: Nesciens quid diceret. Alij illud referri manent ad locutionem inconsideratam, uti solent animo confernati, eo quod addatur apud Marcum: Erant enim timore exterriti; & illud certum est, nihil ibi Petrum

prophetasse. Porro nimirum quidem etiam. Auter ad eiusdem nonne Prophetie confirmationem detergere locum Apostoli i. Cor. 14. his verbis, & b. 5. aduers. Marc. cap. 8. Edat aliquem Psalmum, aliquam visionem, aliquam orationem, dumtaxat spiritalem in Ecclasi, id est, amentia; si qua lingue interpretatio accesserit. Prober etiam mihi, mulierem apud se prophetasse, ex illis suis sanctioribus fœminis, magnidicam. Verum, preterquam quod illud: in Ecclasi, ibi non legatur apud Apostolum, ac quod dicitur ibidem: Ex Spiritu Prophetarum Propheta subiicitur est; ex proximis Apostoli verbis, Montanum, & proximam Tertullianum refutat B. Hieron. Prolog. Comment. in Habacuc. Propheta, inquit, & pro eis & aduersus Montani dogma peruersum, intelligit quod videt, nec ve- amens loquitur, nec in morem insanguinem fami- rum, dat sime mentem sonum. Vnde & Apostolus iubet, ut si prophetantibus alii, alijs scribit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Ex quo intelligitur, quam quis voluntate retinet, & alteri locum dat ad loquendum, posse & loqui & tacere quam velit. Qui autem in ecclasi, id est, in iunctu loquitur; nec tacere, nec loqui in sua potestate habet. Eodem pertinet etiam illud eiusdem Prologo in Nahum Prophetam: Non enim loquitur in exercitu, ut Montanus, & Prisca, Maximillaque delirant; sed quod prophetat, liber est Visionis intelligentia universalis que loquitur.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI LIBRI ADVERSVS APOL-

LONIVM NOTVLAE, EX B. HIERON.

Catal. & Nicephoro.

SPECIALITER autem aduersus Ecclesiam (inquit illi locis supra citatis de Tertulliano) texuit volumina, de Ecclasi lib. sex, & septimum ADVERSVS APOLONIVM.

APOLLONIVS (inquit B. Hieron.) vir disertiss. scriptis aduersus Montanum, Priscillam, & Maximillam insigne & longum volumen, in quo adserit Montanum & insanas Vates perisse suspendio, & multa alia. In quibus de Priscilla & Maximilla refert: Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse Prophetas qui accipiunt; & mille hoc testibus probabo. Sed & ex aliis fructibus probantur Prophetæ; Dic mihi, crinem fucat Propheta, fibro oculos linit? Propheta vestibus & gemmis ornatus? Propheta tabula ludit & tesseras? Propheta scenus accipit? Respondant, utrum hoc fierileceat an non. Meum est probare (sic enim lego, pro: approbare) quid fecerint. Dicit in eodem libro, quadragésimum esse annum, usque ad tempus quo ipse scribebat librum, ex quo hæresis Cataphrygarum habuerit exordium. TERTVULLIANVS sex voluminibus aduersus Ecclesiam adit is scriptis & ceteris, septimum propriè ADVERSVS APOLLONIVM elaborauit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autem APOLLONIVS sub Commodo Seueróque Imperatoribus.

Duabus de causis mihi persuasum est, librum hunc aduersus Apollonium cum sex precedentibus, non modo Latinè, sed & primo Græcè editus. Primum, quod Græcus fuerit & Græcè scriperit Apollonus, usque alius ab eo, quem deinceps B. Hieron. Romanum sena-

torem commemorat, tum quod is Græcè titulum recitat & exercitatur. Nolui tamen imprimis fragmentis coniungere; quod contra Ecclesiam scripti sint.

Porro quum adserat B. Hieron. Tertullianum omnina quæ Apollonius arguit, conatum defendere,

1116 Tertull. Oper. quæ desiderantur mentio.

inuenimus verisimum esse quod scriptis de illo B. Au-
gust. lib. de Hæres. ad Quodquid Deum, quod transferit
Tertullianus ad Cataphrygas, quos ante destruxerat. Im-
primis enim supra lib. de Prescrive. adu. her. c. 52. her.
21. dicitur verbis hereticos vocat, qui dicuntur: se-
cundum Phrygas, &c. qui dicebant in Apostolis
quidem Spiritum sanctum suisse. Paracletum non
suisse; & Paracletum plura in Montano dixisse,
quam Christum in Euangelio protulisse; nec
tantum plura, sed etiam meliora atque maiora.
Pecunia Adnotat nosstras num. 327. & nonnulli in
vita Auctoris. Aduersus fucos crinum & oculo-
rum stibio infectionem, quam tamen in Prophetis
istis videtur defendisse, agit nominatum supra Tom. 2.
lib. de Habitibus muliebri, cap. 4. & aperte lib. de Cul-
tu feminarum cap. 5. agens contra eas quæ oculos fu-
ligine collinunt, reprehendentes artificem Deum quem
enendant, & cap. 6. eas quæ croco capillum vert-
unt, male sibi flammæ capite aufpicantes, & ce-
rebro pernicem adferentes; quo loco vide & Ad-
notat. nostras num. 22. 23. 25. & 27. Aduersus ve-
stimenta & gemmarum ornarum, quem etiam in illis
tolerabat, agit idem & Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 4. &
toto libro: De Habitibus muliebri, peculiariter vero de
gemmis, cap. 6. de quo & Adnotationes nostras ibi-
dem videre est num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 37. 38.
43. 45. 49. 50. 51. 52. 57. 58. 59. 61. & 64. Tabu-
larum ludum & tesserarum, quem hic non reputat,
quæsi alius agens, in Prophetis suis Dædribus tacere-
prehendit supra Tom. 3. lib. de Carne Christi, cap. 7. in
hoc verba: Oro te Apelles, vél te Marcion, si forte
tabula ludens, &c. tali nuntio avocares, &c.
quod paucis ibidem adiungimus num. 71. Denique de for-
noris fructu à Christo, quod tamen accipiet Montan-
us, interdicto Luc. 6. agit latissime lib. 4. aduers. Marc.
cap. 17. de quo & nos ibidem Adnotat. nostras num. 226.
& 237. Ceterum de tempore quo cuperant Cataphrygas
heretici, aliquid diximus loco supracitato lib. de Prescr.
adu. heret. & latius tractauimus in vita Auctoris, ubi
etiam de Securi Imperio.

Q. SEPTIMII FLOREN-

TIS TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, OPERVM PLVRIVM QVÆ DE-
siderantur mentio, ex iisdem B. Hieron. & Nice-
phori locis, ac Vincentio.

ERTVR (inquit de Tertulliano B. Hieron.) vixisse usque ad decrepitam etatem,
& multa quæ non existant, opuscula condidisse.
Sed & alij plures (inquit Nicephorus) Christiano planè animo pro fidē no-
stra decertarunt, & aduersus hæresis depugnarunt; Ecclesiæque statu ac
moribus receptis, aliosque quæ vel scriptis vel sine scriptis à maioribus ac-
cepillent, in litteras relatis, libros plurimos posteritati reliquerunt. Quibus Caius (de qua
plura in Vita Auctoris) & TERTULLIANVS merito sunt adnumerandi, qui plurima certe
& pulcherrima ediderunt scripta, quæ sigillatim recensere præsentis instituti non est.
Scripsit autem de Pudicitia, &c. & plures alios.

Hactenus illi. Et vero utinæ extaret INDEX SE-
PTIMI TERTULLIANI, cuius supra fit men-
tio in fragmento libri de Vestibus Aaron, non dubium
quoniam multorum preterea scriptorum eius fuerit mentio.
An vero plura scriptis aduersus hereticos, dubiare
me fecit aliquando, quod de eo scribit Vincentius Liri-
ensis: Scimus Marciones, Apelles, Praxeas, Her-
mogenes, Iudæi, Gentiles, Gnostici, ceteri que
quorum esse blasphemias multis ac magnis voluminum
suum molibus, velut quibusdam fumiginibus eruerit.
Verum quoniam animaduerti omissoz ibi Valentinianos
& Quintillam, aliosque numero xxxv, quorum catalogum
recenset lib. de Prescrive. aduers. heret. à cap. 45.
usque ad finem; cōsique, aduersus quos scriptis libri de
Anima partem posteriorum, Simonem Samaritanum,
Carpocratem, Menandrum & alios persuasum
habeo, nihil tale hodie desiderari. Quare & B. Optatum
Milicuit, lib. 1. aduers. Parmenianum corruptum esse exi-

stimo, dum legitur: Marcio, Praxeas, Sabellius, &
ceteri temporibus suis à Venerina Pictaventris, & Ze-
pherino Vrbico, & Tertulliano Carthaginensi vla-
gue ad Cataphrygas, & ab aliis adjectoribus Ec-
clesia Catholica superariunt, Sabellius enim multo
post tempore heresin suam capit, intermedio nempe in-
ter Nonnianos & Donatistas; quod vel ex etate Da-
nyssi Alexandrinus manifestum sit, qui primus adver-
sus Sabellium scriptit, B. Cypriano coetaneus, sed innu-
itque adeo aut aliquis aliud hereticus in locum eius
suppleri debet, aut tertie castigandus sic Optatus; Pra-
xeas Sabellianus; eo quod Sabellius cum heresin ex parte
refusarit, cūm contendit, Patrem, Filium, & Spi-
ritum sanctum, unicam dominatam & totam & hypole-
git suisse. Ceterum, ut de iis libris etiam aliquid dia-
mus qui perperam Tertulliano ascribuntur ab Efra-
mo, 4. olim, nunc ex adit. doctiss. Mariano Victorii Re-
tini 9. Tomo operum B. Hieron. Imprimis, cur illi scribi